

A 195 col. d.


p. 241, 1-9 HOUT²


M. FRONTONIS
A[RI]ON

5 Arion Lesbius, proinde quod Graecorum memoria est, cithara et
dithyrambo primus Corintho, ubi frequens incolebat, secundum
quaestum profectus, magnis divitiis per oram Siciliae atque Italiae
partis, Corinthum Tarento regredi parabat. Socios navalis
Corinthios potissimum delegit, eorum navem audacter re [bon]a
[ma]x[i]me onerat. Nave <i>[n] altu[m] provec[ta] cognoscit
so[c]<io>s quae veherent cupidos potiri, necem sibi machinari. Eos
10 precibus fatigat, aurum omne sibi haberent, unam sibi animam

2 Arion *Mai Naber Hauler*² 6 partis *iam Hauler*²: paratis *Mai Naber*, fortasse *secuti m² quae paratis praebet teste Hauler*² 7 bona *Mai Naber Hauler*² 8 maxime *Mai Naber Hauler*² in altum provecta *Mai*, tacens de lacuna i litterae invito *Hout* (an lacuna olim non fuerat?), et *Naber, Mai fortasse secutus*: . n altum provecta *Hauler*², qui paginae fracturam indicavit cognoscit *iam Hauler*²: cognovit *Mai Naber* 9 socios *Mai*, tacens de lacuna io litterarum (sicut *Naber*) invito *Hout*, et *Hauler*², qui fracturam paginae indicavit 10 precibus: praecibus *Mai Naber* unam *iam Mai Naber*: uno *Brakman*

4 frequens *Mai*¹: sequens *A* 6 partis *A*: paratis *Mai an e coniectura? vd. app. sup.* 8 maxime *A*: maxima *Heindorf* 9 socios *Mai*¹ qui lac. io litterarum suppl. quae: per compendium q̄ *A*, quod pro qui acceperunt editores quae ex corr. iam *Eussner* potiri *A*: auri dubitanter *Mai*² 10 omne *Mai*¹: omnes *A* sibi pr. *A*: ipsi *Haines*





M. CORNELII FRONTONIS OPUSCULA I

A 195-166

p. 241, 9-18 HOUT²

sinerent. Postquam id frustra orat,| aliam tamen veniam impetrat, ut
 in exitu vitae quantum possiet cantaret. Id praedones in lucro
 duxere, praeter spolia summum artificem audire, cuius vocem prae-
 terea nemo umquam postilla autscultaret. Ille vestem induit auro
 intextam itemque citharam insignem; tum pro puppi, aperto
 maxime atque edito loco, constitit, sociis inde consulto per navem
 ceteram dispersis. Ibi Arion studio inpenso cantare orditur, scilicet
 mari et caelo artis suae supremum commemoramentum. Carminis
 fine cum verbo in mare desilit. Delphinus excipit, sulime[m]
 avehit, navi praevortit, Taenaro exponit, quantum delphino fas erat,


5

10

1 impetrat ut *iam Hauler*²: impetravit *Mai Naber* 2 possiet *iam Naber*: posset *Mai tamquam e codice*; 'cod. primo possiet sed statim correctum possit' recte *Naber* 3 duxere *iam Brakman*: ducere *Mai Naber* 4 autscultaret: auscultaret *m*² teste *Naber* 7 ceteram *Mai*¹ *tamquam e codice, fortasse secutus m*², quae i(n) al(io) ceteram *praebet teste Hauler*² (cf. *app. inf.*) 8-9 carminis fine: i(n) al(io) carmine finito *m*² teste *Hauler*² 9 subli-
 mem *Mai Naber* (*nunc in fractura paginae*) 10 praevortit: i(n) a(l)io praevertit *m*² teste *Hauler*² erat *iam Mai*² *Naber*: est *Mai*¹

2 possiet *A*: posset *Mai tamquam e codice, Naber Hout*² possit *Haines*
 3 duxere *A*: ducere *edd. et comm. praeter Brakman Haines Portalupi* 4 postil-
 la: post illa *Mai Naber* 7 ceteram *Mai*¹ *tamquam e codice; corr. indicavit Mai*²:
 citharam *A* 8 commemoramentum *A*: commentamentum *Hildebrand* 8-9
 carminis fine *A*: carminis <in> fine *Mai*¹ (*praepositionem non add. Mai*²) carmine
 finito *Hauler*², *m*² *secutus*

6



(TESTO UNO)


A 166-165

p. 241, 18-26 HOUT²

5 in extimo litore. Arion inde Corinthum proficiscitur: et homo et vestis et cithara <et> vox incolumis. Periandrum, regem Corinthiu[m], cui per artem cognitu[s] acceptusque diu fuerat, a[c]cedit; ordine memorat rem gestam in navi et postea in mari. Rex homini credere, miraculo addubitare; navem et socios navalis dum recipere[n]t opperiri. Postquam cognovit portum inventos sine tumultu acciri iubet; vultu comi verbis lenibus percontatur numquidnam super Arione Lesbio comperissent. Illi facile respondent Tarenti | vidisse fortunatissimum mortalem secundo rumo[re]

2 <et> vox: *supra* vox *scripsit* i(n) a(lio) ac *m*² teste *Hauler apud Walter 1930* Periandrum: r *alteram addidit m*¹ *in interl.* 3 Corinthium *Mai Naber* cognitus *Mai Naber Hauler* 4 accedit *Mai Naber* mari *ex mar m*² *testibus Brakman Hauler* 5 miraculo: i(n) a(lio) miracula *m*² teste *Hauler*² 7 acciri: i(n) al(io) acciri *m*² teste *Hauler*² (cf. *app. inf.*) vultu *iam Mai*² *Naber*: vultu *Mai*¹ 9 secundo rumore *Mai Naber Hauler*²: secundi .. m ... *Brakman*

2 et cithara <et> vox *Mai*¹: et <cum> cithara vox *Walter* et cithara ac vox *Hout, Hauler*² *secutus* (cf. *app. sup.*) 4 ordine *Mai*¹: ordinem *A* 5 credere *A*: <vix> credere *Mai*¹ (*nulla integratione indicata Mai*²) miraculo *A*: miraculo<m> *Studemund* 6 recipere[n]t *A*: reciperet *Eussner* 7 acciri *Naber, qui m*² *legisse non videtur*: accipi *A* 9 secundo rumore *A*: secundis omnibus *Brakman*



M. CORNELII FRONTONIS OPUSCULA I


A 165


pp. 241, 26 - 242, 3 HOUT²

p]r[etia] quaerere [laete] esse [domi] cantare; quo diutius [a]more [atque] lucro et laud[ibus] re[tin]er[i]. Cum haec [ita dicer]ent Arion inrupit <ip>[se eo]dem m[ome]nto <si>cut [ab puppi] steterat, cum veste au[ro] intexta [et] cithara insigni. Praedones

1 p]retia quaerere laete esse domi cantare *Hauler*²: – pre – esse – cantare *Mai*¹ po – florere pretioque esse – cantare *Mai*² po florere pretioque esse – cantare *Naber* au ... q . aerere esse cantare *Brakman* quo diutius *Brakman Hauler*²: qua .. diutius *Mai Naber* 1-2 amore atque *Mai Naber Hauler*²: amo.... *Brakman* 2 laudibus retineri *Mai Naber Hauler*² haec ita dicerent *Mai Naber tamquam e codice*: haec ita . i]ce]rent *Hauler*² qui fracturam paginae indicavit haec dixissent m² teste *Hauler*² 3-4 inrupit .. se eodem momento .. cut ab (vel a) puppi steterat *Hauler*²: inrupit – steterat *Mai et Naber, qui lacunam duodeviginti litterarum ante verba* ita ut in puppi a *Mai*² lecta vel suppleta (cf. app. inf.) indicavit 4 cum iam *Mai Naber*: aperte m¹ vel aperta m² *Hauler*² auro intexta et cithara *Mai Naber*: auro intexta cithara *Hauler*²

1 pretia quaerere laete esse domi cantare *A teste Hauler*²: populorum florere in pretioque esse cithara cantare *Mai*¹ populorum florere pretioque esse cithara cantare *Mai*² populi florere pretioque esse cithara cantare *Naber* aurum quaerere fama que esse cithara cantare *Brakman* quo *A*: qua<re> *Mai*¹ 2 atque *A teste Hauler*: et *Brakman* 3-4 inrupit <ip>se eodem momento <si>cut ab puppi steterat *A teste Hauler*²: inrupit ita ut delphino vectus ante regem steterat *Mai*¹ inrupit ita ut in puppi steterat *Mai*² inrupit ita ut in puppi steterat *Naber* inrupit sicut vestitus in puppi steterat *Allen*² 3 ipse *Hauler*², qui lac. in fractura paginae suppl. sicut *Hauler*², qui lac. in fractura paginae suppl.





(TESTO UNO)

A 165

p. 242, 3-10 HOUT²

5

inopina[to visu] conster[na]ti, cu[m] neque quicquam postilla
negare aut non credere aut de[precari] ausi sunt, de[lphini faci]nus
mirab[antur tale. Amico delphino Taenari salvus anniti visitur:
delphi]no residens homo parva fig[u]ra [atque rei] argumento
magis quam simulacro composita.

Legi emendavi qui supra





M. Frontonis


Arion

1 inopinatio visu consternati ex inopinatio visu consternati corr. *m*² teste Hauler²
(quod iam Naber con.): inopino Arionis terreri Mai¹ inopino Arionis territi vel
terreri Mai² inopina onster Naber visu: aspectu *m*² teste Hauler² cum Mai
Hauler²: cu . Naber neque iam Mai Naber: neq(ue) vel neç Hauler 2 deprecari Naber
tamquam e codice: depraecari Mai Hauler² (qui indicat a pr. fort. del.) 2-3 delphini faci-
nus mirabantur tale amico delphino Taenari salvus anniti visitur Hauler²: delphini facinus
– visitur Mai Naber Brakman 3 delphino Mai Naber Hauler²: pisci *m*² teste Hauler²
4 figura Mai Naber Hauler² atq(ue) rei Hauler²: Mai Naber 5 composita iam Mai
Naber Hauler²: compositi vel composito Miltner compositi corr. ex composita videtur *m*²
teste Hauler²

6-8 scripsit *m*²

1 cum A: tum vel quod Mai¹ tum Mai² Naber, quod et Hauler² probet sunt
Haines 2-3 delphini ~ visitur A teste Hauler²: delphini facinus statua ad Tae-
narum conlocata testatur etenim visitur Mai¹ delphini facinus ad Taenarum
visitur Mai² 3 delphino A: pisci e *m*² dub. Hauler² 4 atque rei A teste Hau-
ler²: atque ut (dub.) <sit> Mai¹ atque ut (dub.) Mai²





A 217 col. s.

p. 227, 5-12 HOUT²


DOMINO MEO
ANTONINO AUG.

5 Quid? Ego ignoro ea te mente Alsium isse ut animo morem gere-
res, ibique ludo et ioco et otio libero per quadriduum universum
operam dares? Nec dubito quin te ad ferias in secessu maritimo
frueudas ita compararis: in sole meridiano ut somno oboedires
cubans, deinde Nigrum vocares, libros introferre iuberes; mox, ut te
10 studium legendi incessisset, aut te Plauto expolires aut Accio exple-
res aut Lucretio delenires aut Ennio incenderes in horam istam

5 quadriduum: quattriduum *Mai* q . a . triduum *Hauler* 11 istam: ist .. *Mai*
istam *probabilius quam* istud *Hauler*

m² in marg. sup.: mox ut te studium legendi incessisset aut te Plauto expolires aut Ac[cio
e]xpleres aut Lucretio delenires aut Ennio incenderes

8 ut *A*: ubi *Klussmann* 9 aut *prius A*: ut *Hout²* 10 istam *A*, *quod*
iam Niebuhr coni. (*cf. app. sup.*): istic *Mai* istius *Ellis teste Hout¹*



M. CORNELII FRONTONIS OPUSCULA I

A 217


p. 227, 12-16 HOUT²

Musarum propria[m] †quintam†; remotis *deinde* libris ea . s
dissu esse n . s .. mitteres, quod quisque sermonis ad te
detulisset audires; *recta* inde via quantum pote ad litus pergeres,
rauca spatia in ambires t . ule m vel si videre[tur] longam

1 propriam *Mai* remotis ... nde libris: re – inde libris *Mai*¹ inde libris *Mai*²
..... .. d . .. libris *Hauler* 1-2 ea . s ~ s .. : – *Mai*¹ – eres diss – *Mai*² – eres dis –
*Mai*³ l ess *Hauler* 2 quod quisque sermonis: Ciceronis si
sermones *Mai*¹ Ciceronis si sermonis *Mai*² *Naber*, qui tamen hanc paginam *Du Rieu non*
contulisse dicit quod quis si sermonis *Hauler* 3 re ... inde via: – in devi .. *Mai*¹ in
devi .. *Mai*² se ... in . eva *Hauler* pote ad: poteris *Mai*¹ poter .. *Mai*² *Hauler* 4 rauca
spatia ~ ambires: et raucas pa – ambires *Mai*¹ et raucas paludes ambires *Mai*² *tamquam*
e codice pauc . s par val ... a (*vel d*) . ambires *Hauler* t . ule ~ videretur: – vel si vide-
retur *Mai* ('breves admodum hae lacunae sunt, vixque singulorum verborum' *Mai*²)
..... .. videretur *Hauler* longam: aliquam *Mai*

1 quintam *corruptum puto; an legendum nonam?* remotis *deinde* libris *sup-*
plevi: redires (*incertum*) inde libris *Mai Hauler* studeres inde libris *Klussmann*
1-2 ea . s ~ s .. *A*: valediceres disserere *Klussmann* 2 sermonis *A*: sermones
*iam Mai*² *Klussmann* 3 *recta* inde via *supplevi*: in devium *Mai* inde <de>vius
Haines inde viae *Klussmann* se<d de>inde *vel* se<d de>in <d>evius *Hout*²
pote ad *A*, *quod iam Ebert (an Priebe?) coni.*: potis ad *Klussmann* poteris *Mai*²
poteras <ad> *Hout*² rauca spatia *A ut vid.*: raucas paludes *Mai*¹ 4 ... m vel
si: <tum> vel si *Haines*

12



(TESTO DUE)


A 217-224

pp. 227, 16 - 228, 5 HOUT²

navem conscenderes, ve[l ae]t<h>ere [tra]n[quil]lo in alto portiscu-
 lorum et remigum visu audituque te oblectares; actutum inde bal-
 neas peteres, corpus ad sudorem uberem commoveres,] [c]onvivium
 dein[d]e regium agita[r]es concheis omnium generum, Plautino
 5 '[pi]s[catu] ham[atili]', ut ille ait, et saxatili, altilibus veterum sagi-
 narum, matiis, pomis, [b]ellariis, crustulis, vinis felicibus, calicibus
 perlucidis sine delatoria nota. Quid hoc verbi sit q[uaeras] fortasse.

1 ve ... tere ... n lo: vel aethere tranquillo *Mai* vel aetere tranquillo *Hauler*
 2 audituque te *iam Mai*¹: audituque *Mai*² 3-4 convivium deinde *Mai* 4 agita-
 res *Mai* concheis *iam Studemund Hauler*: conchis *Mai Naber* ('ita cod.' *Mai*²) con-
 chis *ex concheis m*² *teste Hauler* 5 piscatu hamatili *Mai Naber* 6 matiis: mattiis
Mai mattis *Naber* bellariis *Mai Naber* 7 quaeras *Mai Naber*

1 vel: ve . *A*: ut *Buttmann* in alto *Heraeus*: in altum *A* in altum <pro-
 vectus> *Mai*¹ *fortasse recte* in alto <te> *Ebrenthal codicis lecturam a Mai*² *prae-*
bitam (cf. *app. sup. l. 6*) *secutus* 1-2 portisculorum *Mai tamquam e codice*: por-
 tisculor||rum *A* 6 matiis *A*: matteis *Haines*



M. CORNELII FRONTONIS OPUSCULA I

A 224

p. 228, 5-12 HOUT²


Accipe igitur: [u]t homo ego multum facundus et Senecae Annaei
 sectator Fausti<ni>ana vina de Sullae Fausti cognomento 'felicia' appel-
 lo; calicem vero 'sine delat[o]ria nota' cum dico sine puncto dico; neque
 enim me decet, qui sim tam homo doctus, volgi verbis 'Falernum'
 vinum aut calicem 'acentetum' appellare. Nam qua te dicam gratia
 Alsium, maritimum et voluptarium locum et, ut ait Plautus,
 'locu<lu>m lubricum' delegisse nisei ut bene haberes genio utique
 verbo vetere faceres animo 'volup'? Qua, malum, volup? Immo, si

5

1 ut *Mai Naber* 3 delatoria *Mai Naber* 5 acentetum: acetetum *Hauler*
 7 nisei *iam Studemund Brakman*: nisi *Mai Naber* nisi ex nisei *m² teste Brakman* uti:
 ubi *Mai Naber*

1 ut: at *Hildebrand* 2 *Faustiniana conieci*: *Faustiana A* 4 tam *Klus-*
smann: iam *A* 7 *loculum Haines ex Plaut. Poen. 602*: locum *A* haberes *A*:
 faceres *Cornelissen*' genio *A*: genium *Heindorf* 8 qua *A*: qui *Heindorf*

14



(TESTO DUE)


A 224-223


p. 228, 12-24 HOUT²

dimidiatis verbis verum dicendum est, uti tu animo faceres 'vigil',
 vigilias dico, aut ut faceres 'labo' aut ut faceres 'mole', labores et
 molestias dico. Tu umquam volup? Volpem facilius quis [tib]i
 qua[m] voluptatem conciliaverit. Dic, oro te, Marce, idcircone
 5 Alsiu[m] petisti ut in prospectu mar[i]s esurires? Quid? Tu Lorii te
 fame et siti [et] negotiis agendis adfligere nequibas? in apopsi | * *
 diores tibi esse v[identur. M]em[ini] me ad o pueros in
 [bal]neis [esse] l * * * ...[lib]ellis et e[pistulas rescriba]s
 e[t] s * * * * * grav * est * mare ipsum

3-4 tibi quam *Mai Naber* 5 maris *Mai Naber* 9 et *alt. Mai Naber* 6-7 *
 * diores tibi: – iucundiores tibi *Mai Naber* itane * * iucundiores *Hauler* videntur
 memini *Mai Naber* 7-9 ad - est *: ad – pueros in balneis esse – rescribas – liber – te
 non – per – quis favor – ne – gravi – *Mai*¹ ad – pueros in balneis esse – rescribas – liber
 – te non – per – quis – favor – ne – beat – gravi – *Mai*² *Naber* ad vi – pueros in bal-
 neis esse – (*fere viginti tres litterae*) me adul ** libellis et epistulas rescribas et (*vel*
 ei) nibus et subo liber * te non per v . idis certe sun .. quisque in
 Favonius * ne beatus * * graviore est i
 *Hauler*

1 uti *A quod iam Heindorf coni.* (cf. *app. sup.*) 6-7 * * iores *A*: esuriales
 feriae iucundiores *André* 8 *post esse et fere viginti tres litteras adolescente suppl.*
Hauler





M. CORNELII FRONTONIS OPUSCULA I

A 223

pp. 228, 24 - 229, 8 HOUT²

[a]iu[n]t u[b]i a[l]cedonia sint fieri feriatum. An alcedo cum pullis suis tranquillo otio dignior est quam tu cum tuis liberis? * quic a[nnis] Alsium delphinos ludentis in mari ... e .. te ferias omnes ... ut d . 'At enim res plane iam postulat'. Num st[u]di[um], num laborem, num um num ad .. * [quis arcus perpetuo intenditus? Quae fides perpetuo substrict]ae s[unt? oculi quidem]


5


1 aiunt ubi alcedonia *Mai tamquam e codice, e marg. iam Naber* 2-4 * - ut d . :
- *Mai*¹ nihil praebet *Mai*² - eter - nnos *Naber asserens quinque versus perisse* quantum qu i tantum qu annis Alsium delphinos ludentis in mari ... e .. te ferias omnes (*vel umnes*)..... *Hauler* 4 plane: *in marg. pane iam Hauler* 4-5 num st . di ..
- ad .. *: num num laborem - *Mai Naber* num ... d .. num laborem num num
. u *Brakman* per .. tuum num adidi . tr ... vitnum ... e .. num *Hauler* 5-6 quis
arcus -sunt *ope marginis legi potest (cf. app. inf. pagina sequente)*: quis arcus perpetuo intenditus quae fides perpetuo suo strictae sunt *Mai tamquam e prima manu codicis, Naber qui se legere ope marginis monuerat, Hauler* 6 oculi quidem *ope marginis legi potest*

*m*² *in marg. sup.*: mare ipsum aiunt ubi alcedonia sint fieri feriatum. an alcedo cum pullis suis tranquillo otio dignior est quam tu cum tuis liberis?

4 iam *A*: id *Brakman* 5 num *alt. A*: tuum *Heindorf* laborem - *: laborem tuum sudorem *Heindorf* laborem num vigiliis num sudorem *Brakman* laborem num vigiliis num munera *Haines* laborem num sudorem perpetuum num assiduum num aeternum *Hout*² 6 intenditus *A*: intenditur *Klussmann* substrictae *Allen*¹: suo strictae *A* suo *del. Mai*² suo strictae <sono> *Mai*³ sono strictae *Philibert-Soupé*

16





(TESTO DUE)

A 223-226

p. 229, 8-15 HOUT²

coniven[do durant qui] uno o[bn]i[x]i obtutu interissent. Hortus qui creb[ro] pangitur ope stercoris | indiget, herbas et holuscula nihili procreat. Frumento vero et solidis frugibus requietus ager deligitur. Ubertas sol[i] otio paratur.


- 5 Quid maiores vestri, qui rem p(ublicam) et imperium Romanum magnis auctibus auxerunt? Proavos vester, summus bellator, tamen histrionibus int[er]dum sese delectavit, et praeter[ea] po[tavi]t satis strenue; [ta]m[en] eius opera populus Romanus in


1 coniven .. : coniven . o *Hauler* durant qui: rant qui *del. m² Hauler* conivendo - interissent *ope marginis intellegi potest*: - qui uno obnixi obtutu interissent *Mai Naber*
 2 crebro *Mai Naber* 4 soli *Mai Naber* 6 proavos: proavus *Mai Naber* proavus *vel* proavos *Hauler* 7 interdum *Mai Naber* sese *Mai² Naber* se *Mai¹* 7-8 praeterea potavit *Mai Naber*, *nunc in fractura paginae; post satis interpungitur in cod.* 8 tamen *nunc legi nequit ob fracturam paginae*

m² in marg. inf.: quis arcus perpetuo intenditus? quae fides perpetuo suo strictae sunt? oculi (ocos *ut vid. Naber*) conivendo durant qui uno obnixi obtutu interissent

m² in marg. sup.: hortus qui crebro pangitur indiget ster[c]oris ope, frugibus ager requietus eligitur; ubertas soli otio paratur

1 conivendo durant: coniugio durant *Mai¹* conivendo <tantum> durant *Haines* 2 ope stercoris *A*: ope <si> stercoris *Haines* ope stercoris <si> *Corne-lissen²* 2-3 herbas ~ procreat *A*: <ut> herbas ~ procreet *Heindorf* 7 sese *A*: se *Haines*





M. CORNELII FRONTONIS OPUSCULA I

A 226

pp. 229,15 - 230, 6 HOUT²

triumphis mulsum saepius bibit. Avom <duom> item vestrum, doctum principem et navom, {et} orbis terrarum non regendi tantum se etiam perambulandi diligentem, modulorum tamen et tibicinum studio devinctum fuisse scimus et praeterea prandiorum optimorum esorem optimom fuisse. Iam vero pater vester, divinus ille vir, providentia, pudicitia, frugalitate, innocentia, pietate, sanctimonia omnis omnium principum virtutes supergressus, tamen et palaestram ingressus est et hamum instruxit et scurras risit. Nihil de

5


1 avom *iam Naber Brakman*: avum *Mai* 2 navom et orbis *iam Naber*: et *del. m² iam Hauler* navum orbis *Mai* 5 optimom: optimum *Mai Naber* divinus ille *corr. in rasura ex divinitate; corr. in rasura ex divenate Hauler* 6 providentia *iam Naber*: prudentia *Mai* 7 omnis omnium *iam Naber*: omnis *Mai* tamen: attamen *m² teste Hauler* 8 hamum: theatrum *m² in marg.* i(n) al(io) theatrum *m² in marg. dubitanter Brakman* risit *m² ex risito m¹ teste Hauler*

m² in intercol.: Traianus

m² in marg. inf.: Traianus histrionibus delectatus et vino; Hadriano modulorum et tibicinum stud<i>o devinctus fuit (devinctus fuit *om. Mai'*); Antoninus [et] palestram ingressus est et theatrum instruxit et scurras risit

1 avom <duom> *Timpanaro¹ e Charisio p. 161, 13-16 Barwick*: avom *A* avum item vestrum <duum> *haerens suppl. Heindorf* 4 et *alt. delevi m² secuta* (*cf. app. sup.*) 7 omnis *A*: omnes *Haines* hamum instruxit *A*: <theatrum et> hamum instruxit *e margine Heindorf* theatrum introiit *Cornelissen²* risit *A*: visit *Cornelissen²*

18



(TESTO DUE)

A 226-225


p. 230, 6-12 HOUT²

Caio Caesare dico acerrimo Cleopatrae hoste, nihil de Augusto
 Liviae viro. Romulum ipsum urbis huius conditorem, cum hostium
 ducem manu comminus conserta obruncavit cumque spolia
 opima | Feretrio fixit, tuone t[e]nui victu usum putas? Pr[o]fecto
 5 neque esuriens quisquam neque abstemius anim[um] [i]nduxisse[t]
 virgines adultas de spectaculis ra[pe]re. Quid? Numa senex sanctis-
 simus nonne inter liba et decimas profanandas et su[ov]itaurilia

2 Romulum ~ conditorem *iam Mai² Naber* 4 tuone tenui: tunc tenui *legi* (cf.
app. inf.) suo ne tenui *Mai¹* hunc ne tenui *Mai² Naber* scilicet tenui *Hauler¹* pro-
 fecto *Mai Naber* 5 animum induxisset *Mai Naber* 6 rapere *Mai Naber* 7 liba *iam*
Mai Naber libra *Hauler* decimas *iam Mai Naber*: as *Hauler* suovitautilia *Mai²*:
 suum taurilia *Mai¹* suovetautilia *Naber*

m² in marg. dex.: Gaius Caesar hostis Cleopatrae post moechus

1 hoste *A*: hoste <post moecho> *e marg. Haines* 2 conditorem *Niebuhr*:
 conditorem *A* Romulus ipse Urbis huius conditor *Mai¹* 4 fixit *Orelli*:
 vexit *A* tuone *Mai¹*: tunc *A* 7 decimas *A*: hostias *vel* offulas *Hauler*



M. CORNELII FRONTONIS OPUSCULA I

A 225

p. 230, 12-19 HOUT²

mactanda aetatem egit, epuloru[m] dictator, cenarum liba[to]r,
 feriaru[m] p[ro]mulgator? Sa[turatum et feriatum di]co *eum; num*
 [tu] es[urial]li[s ferias] celebras? Nec Chrysippum tuum praeteribo
 quem quotidie ferunt madescere solitu[m] et pleraque de prelo so ..
 ia sat * * Socratem Socraticorum sumposiis et dialogis et epi-
 stulis existimes hominem multu[m] scitum et facetum fuisse,
 S[ocr]atem intelleges Aspasiae discipulum, Alcibiadi magistr[um].

5


1 epulorum *Mai Naber* 1-2 libator feriarum promulgator *Mai Naber* 2 satu-
 ratum et *Mai Naber* feriatum dico *Mai Naber Brakman* 2-3 eum num tu: tu
Mai Naber e .. mn *Brakman* eon *Hauler* 3 esurialis ferias *Mai Naber Brakman*
 senescas et ferias *Hauler* praeteribo *iam Naber*: praetereo *Mai* 4 solitum *Mai Naber*
 4-5 pleraque de prelo so ~ Socratem: pleraque – Socratem *Mai*¹ pleraque * * Socra-
 tem *Mai*² pleraque * * * Socratem *Naber* so .. ia: vina *vel* suavia *Hauler* sat * * :
 satis prompta (*vel* satietatem *vel* spleniatro) respersisse (*vel* aspersisse) examine (*vel* exa-
 mitra) referto *Hauler* 5 Socraticorum: ex Socraticorum *Mai*¹ – (*i. e. fere tria*
verba) Socraticorum *Mai*² *Naber* 6 multum *Mai Naber* 7 Socratem *Mai Naber*
 magistrum *Mai Naber*


*m*² in marg. sin.: de Chrysippo (Chrsippo *Brakman*)

*m*² in marg. sin.: de Socrate

1 epulorum *A*: epulonum *Niebuhr* dictator *A*: dicator *Cornelissen*¹ 2-3
 dico eum num tu *Haines*: dico *A* dico nunquid tu *Mai*¹ dico nunc quid
 tu *Heindorf* dico ex omnibus tu *Brakman* 5 in lacuna posci habeo *Mai*¹

20





(TESTO DUE)

A 225


pp. 230, 20 - 231, 3 HOUT²

Iam si bellum indixtei ludo, otio, satietati et voluptati, at tu dormi
saltem quantum libero homini satis est. Inten[s]ius ad supr[e]mas
[re]qui[es] * e ad l .. ce ... s .. d n tandem. Si ignem de caelo
5 cum animo tuo reputas co[ti]diano te mendacio adstringi, cum te

1 indixtei iam Mai Naber Brakman indixti corr. m² iam Brakman ludo: nido
Hauler, qui ludo in m² legit satietati et voluptati: satietati voluptati Mai Naber 2 inten-
sius Mai Naber 2-3 ad supremas - tandem: ad supremam - in - ad luminis - an tan-
dem Mai; lacunam trium versuum indicaverunt Mai² Naber ad supremam (vel supre-
mas) requies (vel requiat) sine si vix alias .. re .. mente (vel sente) lucernidi cras au .
Hauler 3 inter l et ce duo litterae in fractura paginae perierunt, tres post ce, duo post s
4 surrupuisset Mai Naber Brakman vel e margine supplendum 5 reputas iam Brakman
Hauler: reputes Mai Naber cotidiano Mai² Naber, nunc in fractura paginae; omisit Mai
m² in intercol.: pa (quod Brakman legit ro, unde <P>ro<metheus> supplevit)

1 indixtei A: indixisti Mai¹ 2-3 supremas requies A: supremam (vel supre-
mae) noctis finem Hauler supremas - tandem: suprema munera iudicandi te
conferes quom ad luminis adventum dormitaveris Pescani supremam horam
diei quom tu labores suscepisti ad luminis adventum protrahes Haines 3 ad l
.. ce ... s: ad luminis oras Eckstein ad luminis nitidi oras Hout² .. n : ain Kies-
sling aut Hauler 4-5 nec cum Heindorf: ne cum A tecum Cornelissen² 5 repu-
tas con. Heindorf: (cf. app. sup.)

21



M. CORNELII FRONTONIS OPUSCULA I

A 225-220

p. 231, 4-9 HOUT²

diem cognitioni dare ais et nocte cognoscis,| tum sive condemnes
sive absolvas mendax futurus? Si quempiam conde[m]n[as] 'parum
cavisse videtur' ais; istuc quidem si lucern[a]e [re]mov[ean]t[ur]
nihil videri poterit.

At tu obsecro vel ioco vel serio te exorari a me patere ne te somno
defrudes utique terminos diei et noctis serves. Agere de finibus a
..... g d[u]os cl[a]ros et nobiles, Vesperum et Luciferum, puta.


5


1 tum *vd. app. inf.*: tuum iam Mai Naber .. et Hauler 2 futurus si: futuri m¹
s alteram adiecit m² condemnas Mai Naber 3 lucernae removeantur Mai Naber 4
poterit iam Mai Naber: potere Brakman 6 defrudes: defraudes Mai Naber, fortasse secu-
ti correctionem m² quae in interl. a litteram adiecit 6-7 finibus - d . os cl . ros: finibus
apud te iudicem duos claros Mai¹ tamquam e codice finibus duos claros Mai² tamquam
e codice finibus c \ uis claros Naber inter finibus et duos claros undecim litte-
rarum lacunam indicavit Brakman finibus avide et graviter deos claros incertum Hauler
deos fortasse corr. ex duos Hauler

m² in marg. inf.: [si ignem] de caelo nemo subrupisset sol non esset tibi satis ad iudi-
candum? ne [cum] animo [tuo] reputes cotidiano te mendacio adstringi cum te diem
cognitioni dare ais et nocte cognoscis

1 tum Mai¹: tuum A reum Hauler tamen Klusmann 6-7 finibus
- duos A: finibus nondum dividuis B finibus nondum divisus Hout¹ fini-
bus duos <deos> Orelli finibus <divos> duos Eckstein finibus duos <deos>
quamvis Schwierczina finibus suis causam Hanslik duos A: deos Mai²

22





(TESTO DUE)

A 220


p. 231, 9-15 HOUT²

5 Utrique demonstrationem sui quisque limitis ostendunt. Horum cognitioni interesse postulat Somnus; nam se quoque adfinem negotio et [adt]ingi iniuria ait. Vell[e]m [aute]m tantum mihi vigoris aut stu[dii] adesse quantum adfuit cum illa olim nugalia conscripsi 'Laudem fumi et pulveris'. Ne ego Somni laudem ex summis opibus conscripsissem! Nunc quoque si tibi fabulam brevem [li]benti est audire, audi:

1 quis-que: cuiusque *fortasse m² teste Hauler* 'neque est quisque neque quoque neque quaque' *Naber* 2 quoque *probab. quam* quisque *Hauler*: quisque *Mai Naber* 3 adtingi *Mai Naber* vellem autem *Mai Naber* 4 studii *Mai Naber* conscripsi: conscripsi *Mai Naber* 5 ex summis *iam Mai² Naber*: summis *Mai¹* 6 libenti *Mai Naber*

m² in intercol.: de Lucifero (Lucifere *Naber*) et de (de *tantum Mai*) Vespere et Somno

1 quisque *A*: queique *Hout¹* 2 quoque *A et iam Orelli*: quoique *Niebuhr* quoisque *Ellis* quiusque *Hout¹* 4 adesse *A*: adesset *Orelli*



M. CORNELII FRONTONIS OPUSCULA I

A 220-219

pp. 231, 16 - 232, 4 HOUT²

Io[v]em patrem fer[unt], cum [res] hum[anas a] pr[i]mordio
con[deret], ae[vu]m vi[t]ae m[e]dium [un]o ictu percuss[u]m [in]
d[u]as partes undique pa[r]es di[f]fidisse, partem alteram luci alte-
ram tenebris amicisse, diem noctemque appell[as]se, nocti[que]
otium d[iei] negotium tradidisse. Tu]m Somnus necdum natus
erat e[t om]nes pervigile]s aet[er]n[em] [a]g[e]bant, [se]d q[ui]es
noc[tu]r[na] vigilantibus pro som[no] n .. | erat promulgata. Paula-
tim deinde, ut sunt ingenia hominum inquieta et agitandi ac tur-


5

1 Iovem *Mai Naber* ferunt *Mai Naber* res humanas *Mai Naber* a primordio
Mai Naber 2 conderet *Mai Naber* aevum vitae *Hauler*: aevum vi *Mai Naber* aevum
vi ... *Brakman* medium *Mai Naber Brakman* uno *Mai Naber Brakman* 2-3 per-
cussum in duas *Mai Naber* 3 partes: partis *Mai Naber* pares: paris *Mai Naber* dif-
fidisse *Mai Naber* luci: luce *Mai Naber* 4 et ante diem *add. m² teste Hauler* appel-
lasse *Mai Naber* noctique *Mai Naber* 5 diei negotium tradidisse tum *Mai Naber*
6 et omnes *Mai Naber* 6-7 pervigiles - somno *Mai Naber* 7 n .. erat: fu- *Mai* \iuc
erat *Naber* . ile erat *Brakman* nox erat *Hauler* ut lex *post nox add. m² Hauler* 8
inquieta et agitandi *iam Naber*: inquieta agitandi *Mai*

m² in marg. sin.: fabula de Somno

2 vitae *A quod iam Heindorf coni. (cf. app. sup.)*: novum *Orelli* iuge *Klus-*
smann 4 amicisse *A*: amixisse *Rasi* 2 n.. *A*: fuerat *Mai* adhuc *Naber*
rite *Brakman (cf. app. sup.)* nox ut lex *cum Hauler Hout² (cf. app. sup.)*

24



(TESTO DUE)

A 219


p. 232, 4-11 HOUT²

bandi cupida, noctes diesque negotiis exercebant, horam otio nul-
lam inpertibant. Tum Iovem ferunt, ubi iam iurgia et vadimonia
nocturna sisti et noctes quoque comperendinari videat, cum corde
suo agitasse de suis germanis fratribus unum praeficere qui nocti
5 atque otio hominum curaret. Neptu[n]um [mu]ltas et graves curas
maritimas causatum, ne fl[u]ct[u]s terras totas cum montibus
obruerent, [ne]ve coorti venti cuncta funditus percellerent, silvas et
sata radicitus haurirent. Ditem quoque patr[em] causatum multa

2 inpertibant tum: inpertibantum *m*¹, t *alteram add. m*² *iam Brakman* inpertibant
tum *Naber tamquam e codice* inpertibant tum *Mai tamquam e codice* 5 Neptunum
multas *Mai Naber* 6 maritimas *iam Mai*¹: maritimas *Mai*² *Naber* fluctus *Mai Naber*
7 neve *Mai Naber Brakman Hauler* coorti *iam Hauler*¹: moti *Mai* motus *Naber*
motui (*vel motu, quod magis probat*) *Brakman* tum *post coorti add. in interl. m*¹ *teste*
Hauler 8 patrem *Mai Naber* causatum *iam Mai Naber*: *nausatum Hauler*

2 inpertibant tum *corr. ex inpertibantum m*² (*cf. app. sup.*) 3 videat *A*:
videbat *Mai*¹ videt *vel videret Heindorf* 7 coorti tum *cum Hauler Hout*²

25



M. CORNELII FRONTONIS OPUSCULA I

A 219-214


p. 232, 12-20 HOUT²

opera multaue cura templa infera aegre coerceri, amnibus et
 paludibus et stagnis Stygiis Acheruntem aegre commoeniri, canem
 denique custodem apposuisse umbris territandis, quae aufugere ad
 superos cuperent; eique cani trinas latrandi fauces ac trinos hiatus
 trina<s>que dentium formidines addidisse. Tum Iovem deos alios 5
 percontatum animadvertisse gratiam vigiliae aliquantum pollere:
 Iunonem plerosque partus nocturnos ciere, Minervam artium atque
 artificum magistram | multum vigilari velle, Martem nocturnas
 eruptiones et insidias †mutare† locare, Venerem vero et Liberum 10

2 paludibus *m² teste Hauler, cf. app. inf.* 4 ac *Mai Naber Hauler: at legi* 5 tri-
 nasque *Mai tamquam e codice* 9 nocturnas *Mai tamquam e codice, cf. app. inf.* 10 insi-
 dias mutare locare *iam Hauler: insidias mutare iuvare Mai Naber*

2 paludibus *Mai¹: plaudibus A, sed cf. app. sup.* 4 ac *edd.: at A* 5 tri-
 na<s>que *Mai¹: trinaque A; cf. app. sup.* 9 nocturnas *Mai¹: nocturnis A*
 10 mutare *A (et cf. app. sup.): multifarie vel multo opere Heraeus mutuas*
Borleffs, Parroni coram mature Allen¹ multas Ebert tutari et Heindorf mili-
tares Orelli mutas Mähly omni ope Klussmann muta re Brakman multa
re Schwierczina del. Haupt

26



(TESTO DUE)

A 214

pp. 232, 20 - 233, 4 HOUT²


multo max[ime pernoc]tantibus [f]ave[re]. Cap[it tum] consilium
Iuppiter So[m]ni procreandi, eumque in deum numerum adsciscit,
nocti et otio praeficit, eique claves oculo[rum] tradit. Herbarum
quoque sucos quibus corda hominum Somnus sopiret suis Iuppi-
5 ter manibus temper[at]; securitatis [et] voluptatis herbae de caeli
nem[o]re advectae, de Acheruntis autem prateis leti herba
peti[ta]. Eius leti guttam unam aspersisse minimam, quanta dissi-
mulantis lacrima esse solet. «Hoc» inquit «soco soporem hominibus
per oculoru[m] repagula inriga. Cuncti quibus inrigaris ilico fusi


1 maxime pernoctantibus favere *Mai Naber* capit tum *Mai Naber* 2 somni *Mai Naber* 2 eumque in *iam Naber*: in *Mai* 3 praeficit: praefecit *iam Naber Mai² et Mai¹* in add. (vd. app. inf.) praetegit *Mai¹* oculorum *Mai Naber* 5 temperat *Hauler*: temperavit *Mai* tempe .. t *Naber* et *Mai Naber* 6 nemore *Mai Naber* prateis *iam Naber*: pratis *Mai*, fortasse *secutus m² quae e litteram expunxit* 7 petita *Mai Naber* aspersisse *ex spersisse m² iam Brakman* 9 oculorum *Mai Naber* ilico fusi *iam Hauler¹* ilico post *Mai Naber Brakman*

m² in marg. sup.: Iuppiter ('Iupiter in marg.' *Mai¹*) Somno claves oculorum tradidit
m² in marg. inf.: gutta una [quanta] dissimulantis est

3 praeficit *Mai¹*: praefecit *A* 5 temperat *suppl. iam Naber (cf. app. sup.)*
6 Acheruntis *A: corr. ex Achaeruntis* prateis *A: pratis corr. m²* 7 aspersisse *A: aspersit sed Haines*

27





M. CORNELII FRONTONIS OPUSCULA I

A 214

p. 233, 4-9 HOUT²

procumbent, pro[que] mor[t]uis im[mobi]l[es] iacebunt. Tum [tu ne ti]meto: nam vivent et paulo post, ubi evigila[ve]rint exsurgent». Post id Iuppiter alas non ut Mercurio talares sed ut Amori um[e]ros exaptas Som[no] adnex[uit]:»Non enim te solis ac [talari] ornatu ad pupulas hominum et palpebras incurrere oportet, curruli strepitu et cum [f]remitu equestri, sed placide et clementer pinnis teneris in


5

1 proque mortuis immobiles *Hauler* protinus viribus immobiles *Mai*¹ protinus viribus suis immobiles *Mai*² pro ... mortuis immobiles *Naber* artub· mortuis immobiles *Brakman* 1-2 tu ne timeto *Mai Naber* 2 nam vivent et *iam Naber*: nam veniet *Mai* evigilaverint *Mai Naber* 3 umeros *Mai Naber* 4 somno adnexuit *Mai Naber* ac talari: aut talari *Mai Naber* talari *Mai Naber* 5 palpebras *tamquam e codice Mai*; corr. *m*² *Hauler* palepebras recte *Naber* (cf. app. inf.) 6 fremitu *Mai Naber*

*m*² in marg. sup.: Iuppiter alas non ut Mercurio talares sed ut Amori umeros exactos Somno ('*somno* omissum est' *Brakman*) adnexuit

1 proque mortuis *A quod iam Klussman conii.* (cf. app. sup.): proque demortuis *Schwierczina* artubus mortuis *Brakman* <et> artubus mortuis *Haines* 3-4 umeros exaptas *Kapp Meyer* (umeros exaptas *Hildebrand*): umeros exaptos *A* umeris exaptas *Leopardi* humeris exaptos *Niebuhr* umero exaptas *Eckstein* humero exaptas *Allen*¹ umeris exaptos *Schwierczina* 4 solis *A*: soleis *Mai*¹ ac *A*: et *Heindorf* <ait> et *Bährens* 5 palpebras *Mai*¹: palepebras *A* oportet *A*: oportet <aut> *Heindorf* oportet <nec> *Heraeus* 6 teneris *A*: tentis *Orelli* exertis *Cornelissen*²

28



(TESTO DUE)

A 213

p. 233, 9-17 HOUT²


modum hirun|dinum [advolare, nec ut] columbae alis plaudere». Ad hoc, quo iucundior hominibus Somnus esset, donat ei multa somnia amoena ut, quo studio quisque devinctus esset, ut histri-
 5 onem in somnis fautor spectaret, ut tibicinem audiret, ut aurigae agitandi monstraret, milites somn<i>o vincerent, imperatores somnio triumpharent, peregrinantes somnio domum redirent. Ea somnia plerumque ad verum convertunt.





10 Igitur, Marce, si quo tibi somnio hinc opus est, censeo libens dormias tantisper dum quod cupis quodque exoptas vigilanti tibi optingat.


1 advolare *Mai Naber Brakman* nec ut *dubitanter Mai² Brakman*: non ut *Mai¹* n .. ut *Naber* plaudere *corr. m² ex* plauderent *recte Naber*: plaudere *tamquam e codice Mai 2* donat ei *iam Hauler Brakman*: donat et *Mai Naber 4* somnis *iam Naber*: somniis *tamquam e codice Mai 9* quodque *tamquam e codice Mai¹*: 'quaque ex quoa-
 que' *m² recte Mai² 10* optingat *iam Mai² Naber*: contingat *Mai¹*

1 nec ut *A*: non ut *aut* nec ut *Naber* plaudere *vd. app. sup.* 2 ei *iam coni. Lachmann* (*cf. app. sup.*) 4 somnis *A*: somniis *Mai¹* (*vd. app. sup.*) 4-5 ut histri-
 onem - ut tibicinem *A*: aut histionem - aut tibicinem *Lachmann* 5 agi-
 tandi monstraret *A*: agitandi <stratagemata> *vel* <artem> monstraret *Mai¹* agi-
 tanti monstraret *Mai²* agitanti <operam> daret *Heindorf* agitandi monstra
 <da>re<n>t *Lachmann* agitandi <spatium> monstraret *Hout¹* somn<i>o *Mai¹*:
 somno *A* 6 domum *A*: domum *om. Haines et Hout* 7 ad verum *Mai¹*:
 adversum *A* 8 somnio hinc *A*: somnio divino *Orelli* 9 quodque *Mai¹* *an e*
coniectura? vd. app. sup.: quaque *A* (*corr. ex quoaque*) *quod def. Haines*

29







COMMENTO

